natura cognoſcit? Et ideo ſancimus, etſi habeat hujusmodi filius jura integra naturæ, attamen ſi inteſtatus pater [extraneus] adoptivus deceſſerit, habere eum etiam ſui heredis jus ad ejus tantummodo ſucceſſionem: ut non etiam legitima jura ad familiam extranei patris adoptivi habeat, nec ipſa ad eum communionem aliquam habeat, ſed quaſi extraneus ita ad illam familiam inveniatur. §. 2. Sin autem per emancipationem jura adoptiva fuerint diſſoluta, tunc nullus ei penitus regreſſus ad adoptivum extraneum patrem, etſi moriatur inteſtatus [1], relinquatur: ſed maneat tantummodo patrem naturalem cognoſcens, tanquam non fuiſſet ab initio in adoptionem translatus.

§. 3. Quæ autem de aliis adoptivis diximus, hæc ſancimus etiam de his, qui ex Sabiniano ſenatusconſulto [2] ex tribus [3] maribus fuerant ab extraneo adoptati, nulla penitus differentia inter alios adoptivos, & eos introducenda. §. 4. Quæ in filio diximus in adoptionem a patre dato, hæc & in filia [4], & in nepote, [&] nepte, & deinceps perſonis utriuſque ſexus in ſacris patris conſtitutis extendimus: ſi tamen tempore mortis avi ſui parentes eos, vel eas non antecedant: ſi enim patres eos antecedant: (ubi nec imponitur neceſſitas avo aliquid nepoti, vel nepti relinquere) maneant omnia jura adoptiva [ei] intacta. Hæc enim omnis ſanctio de filio & filia, de nepote, & nepte, & deinceps perſonis in ſacris conſtitutis introducta eſt, ubi dubitabatur, quid ſtatuendum eſſet, quaſi duobus patribus ei, uno ex natura, & altero ex lege, impoſitis. §. 5. Ubi autem homo ſui juris conſtitutus *per arrogationem* [5], ex Auguſta liberalitate ſeſe dederit in adoptionem, tunc omnia jura patris adoptivi habeat intacta. Cum enim nullum inter patres inducitur diſcrimen, ſit ſuus heres adoptivus patri arrogatori, & familiæ ejus aggregetur: & omnia, quæ ad filium arrogatum veteres legumlatores introduxerunt, intacta illibataque in eorum perſonis reſerventur. Dat. Kal. Sept. *Conſtantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

Quomodo fit adoptio.

11. Idem A. Juliano P. P.

VEteres circuitus in adoptionibus quæ per tres emancipationes [6] & duas [7] manumiſſiones in filiis, aut per unam emancipationem in cæteris liberis fieri ſolebant, corrigentes ſive tollentes, cenſemus licere parenti, qui liberos in poteſtate ſua conſtitutos in adoptionem dare deſiderat, ſine vetere [8] obſervatione emancipationum & manumiſſionum hoc ipſum actis [9] intervenientibus [10] apud competentem Judicem manifeſtare, præſente [11] eo, qui adoptatur, & non contradicente [12], nec non eo, qui eum adoptat. Dat. Kal. Novemb. *Conſtantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XLIX.

DE EMANCIPATIONIBUS [13] LIBERORUM.

Habens juriſdictionem a lege municipali, poteſt illam exercere etiam inter non ſubditos conſentientes: & valet apud omnes. Salic.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Herennio.

SI lex [14] municipii, in quo te pater emancipavit, poteſtatem Duumviris dedit, *Ut etiam alienigenæ* [15] *liberos ſuos emancipare poſſint*: id, quod a patre factum eſt, ſaluum obtinet firmitatem. PP. 3. Non. Decemb. ipſis IV. & III. AA. CONSS. 290.

2. Iidem AA. & CC. Gennadiæ.

IN emancipationibus liberorum, nec non donationibus [16] non tam ſcriptura [17], quam veritas conſiderari ſolet. PP. 5. Id. Mart. TIBERIANO & DIONE CONSS. 291.

In emancipatione non requiritur cauſa, ſed judicis auctoritas. Salic.

3. Iidem AA. & CC. Heliodoro.

NOn [18] nudo conſenſu patria liberi poteſtate, ſed actu ſolenni [19], vel caſu [20] liberantur: nec cauſæ [21], quibus motus pater emancipavit filium, ſed actus ſolennitas quæritur. S. 15. Kalend. Octob. AA. CONSS.

Invitus quis non liberat filium, vel nepotem ſua poteſtate. Salic.

4. Iidem AA. & CC. Coloniæ.

NEc avus neptem ſuam liberare poteſtate cogitur [22], nec [23] in cujus quam injuriam beneficia tribuere moris eſt noſtri. Dat. Id. Octobr.

Per reſcriptum principis judici apud acta intimatum, poſſunt parentes eorum liberos emancipare: accedente antea, vel poſtea eorum voluntate, niſi fuerint infantes, quorum conſenſus non requiritur. Salic.

5. Imp. ANASTASIUS [24] Conſtantino P. P.

JUbemus licere parentibus, id eſt, patri, avo paterno [ſeu] proavo, cæterisque ulterius per maſculini ſexus perſonas continua generis ſerie conjunctis, ſi liberos, quos habent in poteſtate propria, id eſt, filium vel filiam, nepotem ſeu neptem ex filio, proneptem ſeu proneptem, cæterosque itidem per maſculini ſexus perſonas continua generis linea ſibi conjunctos, per emancipationem, vel abſentes, & peregre degentes, vel in iisdem locis ſeu regionibus, vel civitatibus commorantes, in judicio vero non præſentes, juris ſui conſtituere maluerint: ſupplicationibus [25] porrectis mereri ſuper hoc divinum oraculum: hocque apud competentem judicem, ad [26] cujus jurisdictionem actus emancipationis pertinet, inſinuare [27], ſiperque precibus a [28] ſemet oblatis apud eum deponere: ut hoc ſubſecuto, & auctoritate præcedente principali, pleniſſimum robur emancipatio [29] ſortiatur: & perſonæ, in quas talis liberalitas collata ſit, de aliena poteſtate quaſi a parentibus ex emancipatione manumiſſæ liberentur: ſi tamen ipſe nihilominus ſub geſtorum [30] teſtificatione, vel apud eundem judicem, vel apud alium quemlibet propoſito parentum ſuam etiam voluntatem conſonare [31] vel ante preces oblatas, & ſacros apices promulgatos, vel poſtea depoſuerunt, niſi infantes [32] ſint, qui & ſine conſenſu etiam hoc modo ſui juris efficiuntur. Dat. 2. Kalend. Aug. *Conſtantinop.* PROBO, & AVIENO Jun. CONSS. 503.

Vana obſervatione ſublata, emancipationes poſſunt fieri coram judicibus competentibus, & emancipatis poteſt etiam donari: & per emancipationem non ſolvuntur jura agnationis. Bald.

6. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

CUm inſpeximus in emancipationibus *vanam obſervationem cuſtodiri, & venditiones* [33] *in liberas perſonas figuratas* [34] *& circumductiones* [35] *inextricabiles & injurioſa rhapiſmata* [36], quorum nullus rationabilis invenitur exitus: jubemus hujusmodi circuitu in poſterum quieſcente, licentiam ei eſſe, qui emancipare vult, vel ex lege Anaſtaſiana [37] hoc facere, vel ſine ſacro reſcripto intrare competentis [38] judicis tribunal, vel eos adire magiſtratus, quibus [39] hoc facere, vel legibus, vel ex longa [40] conſuetudine permiſſum eſt: & filios ſuos, vel filias, nepotes, vel neptes, vel deinceps progeniem in poteſtate ſua conſtitutam, a ſua manu dimittere: & legitima [41] jura omnimodo

1 §. 10. *Inſtit. de hered. quæ ab inteſtat.* 2 Ex Sabiniano ſenatuſcon ſententia. Revardus *c. 6. de autoritate prudent. in fin.* 3 §. 14. *verſic. teſtam. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. l. ult. in fin.* J. *de decurionib.* ἐξ τρίσσης μαΐσεως, Theophil. *d.* §. 14. tribus manibus, Alciat. 4. *parerg.* quod de patris naturalis manu in fiduciariam manum traderetur, qui dein-de in manum & poteſtatem adoptivi dabatur. Tribus mancipationibus. Revard. *cap. 6. de auth. prudentium in fin.* errore ut putat, creato ex hujusmodi notis, TRIB. MA. uterque male. Pejor eſt his interpretatio Accurſii divinantis, Tres parentes inter ſe certare de filio in adoptionem dando, vel de aliquo adoptando. Commodius eſt nihil hic mutari & ita legi, *Trium maris.* ut hic agatur de ejus privilegio, qui tres mares filios ſuſceperit, *l.* 122. *Cod. Theod. de decurionib.* Eratque hoc jus parentis habentis tres mares liberos, ut uni dato ſenatui, curiæ liberatio contingeret. *d. l. ult.* uni in adoptione dato quarta omnium bonorum adoptatoris ex SC. Sabiniano deferretur: ſicut impuberi arrogato ex conſtitutione Antonini. vid. Cujac. *ad d. l. ult.* 4 De filia, nepote, nepte. 5 De arrogato. 6 Id eſt, venditiones. Nam emancipare eſt vendere. §. 1. *Inſtit. de teſtament. ord.* S. Valer. 6. adde §. 6. *Inſtit. quib. mod. jus patr. poteſt.* l. 3. *ff. de capitis. minut. Novell.* 81. *l. ult. infr. prox. tit.* Goth. Ad hanc l. vide A. Gell. *Noct. Att. lib.* 5. *c.* 19. & Vacon. *lib.* 1. *declarat.* 16. S. L. 7 Filiafamilias trina emancipatione duabus manumiſſionibus, cæteri una emancipatione, una manumiſſione adoptabantur. vid. Ulp. 10. §. 1. 8 Vetus obſervatio emancipationum & manumiſſionum ſublata. 9 De formulis adoptionis & adrogationis, vid. apud Gell. *c. cap.* 19. Vopiſcum *in Aureliano.* 10 In adoptione requiruntur actæ, requiritur ſcriptura, *ut hic*, ut & in emancipatione. *l.* 2. *infr. tit. prox.* 11 *l.* 24. 25. *ff. h. t.* 12 *l.* 10. *ſupr. h. t.* 5. *ff. o. t.* vid. Ulp. 10. Fetium *in emancipatio.*

13 *l.* 9. *ſupr. tit. prox.* dixi ad *L.* 1. *ff.* 6. adde 1. Harm. 17. περὶ διαλύσεως ὑπεξουσιότητος, *L.* 1. *Inſt.* 12. §. 6. *Novell.* 81. 1. Gaj. 6. Paul. 2. *ſent.* 25. Ulpian. 10. §. 1. *l.* 5. *ſupr. de dolo. Novell. Leon.* 25. 14 Hinc colligunt, cujuscunque municipii leges ad ſuum territorium reſtringi; actus civiles ex eo quo geruntur loco vires capere, non futuro. Jus contractuum & teſtamentorum ex regione in qua fuit, æſtimari. vid. Hotom. 2. *conſ.* 2. Sed & illud conſuetudine ea præcribi, quæ ſunt juriſdictionis. Cujacius *hic*, Bart. *in l.* 1. *ff. de æqua ſtipula.* Quid ſi jus id de quo agitur, ex eorum numero ſit, quæ principi reſervata ſint? Quid ſi jus ſit quod vel ſupremæ poteſtatis, vel inter regalia refertur, aut meri imperii ſit? Id generis jura conſuetudine præcribi non poſſe notant. *arg. l. conſtaris.* 6. *ſupr. de præſcr.* 30. *vel* 40. *ann.* vid. Soein. *reſp.* 307. 15 Juriſdictionem habens ex lege municipali, poteſt eam exercere etiam inter non ſubditos conſentientes. *Salic.* 16 Donationes fiebant a patre filio emancipato, ut vitam ſuam tolleret, id eſt, ut ſe alteret. *l. ult. J. h. t. l. ult. C. Theod. de revocand. donat. l.* 8. *infr. de bon. proſc. Nov. Leon.* 25. 17 Scriptura in emancipationibus exigitur, *ut hic*, 1. §. J. *h. t.* v. Guliel. Onciacum 1. *g.* 64. quod remittere videtur *Nov. Leon.* 25. ut & in adoptione. *l. ult.* §. *tit. prox.* in nuptiis ſenatorum. *Nov.* 74. *c.* 4. in mutuo emendæ militiæ, *Nov.* 97. *c.* 4. in prætogativa hypothecæ poſtulanda. *Nov.* 136. *c.* 3. *verſ. neque enim.* in arbitraria probatione. *l.* 4. §. 5. §. *de receptis arbitris.* conteſtatione non numeratæ pecuniæ. *l.* 4. §. 4. §. *de non numm. petun. Novell.* 100. *c.* 1. his adde quæ ſcripſi ad *l.* 17. §. *de pact.* 18 Ex *Novell. Leon.* 25. *in fin.* nudo conſenſu perficitur adoptio, veluti ſi pater patiatur filium ſeortim vivere resque ſuas gerere: quamvis nondum ad ætatem nuptiis, vel matrimonio aptam pervenerit: hujus conſtitutionis meminit Harmen. 1. *tit.* 17. In Gallia, filii per matrimonium emancipantur, aut ætate 25. annor. Boir. *deciſ.* 197. negotiatione a patre ſeparata, dignitate, furore patris, aut ejusdem conteſtatione ſimplici apud judicem, & ita ſex modis ſolvuntur apud Gallos liberi patria poteſtate. v. Pap. 3. *Not.* 10. *tit. des lettres Incidentes en civil.* 19 De quo vid. *l. ult. J. h. t.* 20 Id eſt, morte. *Inſtit. quib. mod. jus patr. pot. in pr.* deportatione. §. 1. *d. tit.* 21 Invitus julla de cauſa emancipari poteſt. 22 Inviti parentes non coguntur emancipare liberos. *l.* 31. *ff. de adopt. l.* 92. *ff. de cond. & dem. l. ult. ff. ff quæ a pat. man. l. pen. ff. unde liberi.* §. *ult. Inſt. quib. med. jus patr.* Cic. *pro Cluentio.* excipe caſum *l.* 6. J. *de ſpectac. lib.* 11. *tit.* 40. *l.* 12. *ſupr. de epiſc. aud.* fallit & hoc, ſi juſta emancipationis ſubſit cauſa. Bart. *in l. quidam cum ſilium.* 132. *ff. de verb. obligat.* poteſt & invitus filius emancipari malos ob mores, ut ne deinceps ejus nomine pater teneatur, quod plerunque ſtatuto fieri poſſet. vide Socin. *reſp.* 138. 23 Vid. *l.* 3. §. *unde vi.* 24 *l.* 11. §. *de legit. hereditis.* dixi ad *l.* 18. *ſupr. de adm.* 25 Emancipatus reſcripto principis, refervato jure legitimarum hereditatum, vocatur ad legitimam hereditatem patris cum fratribus in familia retentis, hoc genus emancipationis *ex imperiali reſcripto* appellatur in 6. *Inſtit. quib. mod. jus pat. adde* Roland. à Vall. 1. *conſil. num.* 4. 26 Emancipatio non apud quemcunque judicem expediri poteſt. 27 Insinuare. vid. *l.* 2. 8. *h. t.* 28 Per procuratorem emancipatio non poteſt fieri, *ut hic*, ut & adoptio & adrogatio. *l. neque abſens.* 24. *l. poſt mortem.* 25. *ff. de adopt.* impetrato veniæ ætatis. *l. omnes.* 8. *de hiis, qui veniam ætatis impetrarunt*, manumiſſio. *l. ne multetur.* 3. *ſupr. de man. vind.* compaternitas, ut loquitur, Spiritualis, Bart. *in l. Gallus.* 29. *ff. de liber. & poſth. l. excuſare.* 15. J. *de exauſ. tut.* licet per procuratorem poſſit fieri legitimatio liberorum. Bart. *ibid.* deſponſatio. *l. ult. ff. de ſponſalib. c. ult. de procur. in* 6. revocatio in ſervitutem. *l. per procuratorem.* 4. *ff. de obſequiis.* *l. ſed & hæ.* 3. §. 1. *ff. de proc.* Cur manumiſſio per procuratorem rede non fit, at in ſervitutem revocatio? qui manumiſit, reaple dominus eſſe debet. *l. if pater.* 4. *ff. de manumiſſ. vind.* At per epiſtolam rede manumittimus ut & per nuncium. *Inſtit. de libertin.* §. 1. Nam quæ per epiſtolam fiunt, ea rede per nuncium expediri poſſunt. *l.* 1. §. 2. *ff. de contr. empt.* Epiſt. vel nuncio cum manumiſit dominus, ipſe manumittit: cum per procuratorem, ipſe procurator; hic enim negotium in ſuam ipſius perſonam concipit, non ille. *l. qui autem.* 14. §. 3. *ff. de pecunia conſtituta.* At per procuratorem in ſervitutem revocari ſervus poteſt. *d. l. ſupr. dictum eſt?* hoc illeo fiere permiſſum eſt, quod in adquirendo ſervo jus magis conveniebat nimo quam in alienando. Quidam tamen putant hoc inductum, quod in manumiſſio in ſervitutem revocando pecuniarium commodum verſetur. 29 Hoc interpretes ad legitimationem transferunt: volunt enim ab emancipatione ad legitimationem valere argumentum. vid. Roland. a Valle *d. loco.* 30 Dixi ad *l.* 2. *ſupr. h. t.* 31 Invito filio non datur libertas. *Novell.* 89. *cap.* 11. Paul. 2. *ſent.* 25. datur ſervo invito. dixi ad *ſupr. de neceſſar. ſervis.* 32 Infans conſenſum non habet. 33 Olim fiebat mancipio cum manumiſit dominus, ipſe manumittit: cum per procuratorem, ipſe procurator; filius ira revera a parente impune poſſit occidi, videlicet ſi manus impias et intuleriit. 34 Εἰκονικὰς πράσεις, quæ I hoc loco ſunt manumiſſiones, videntur Deſſiat. inquit, *ter mancipatus, ter manumiſſus ſui juris fit: id enim lex* 12. *Tabularum* jubet. *Si pater filium ter venundarit, filius a patre liber eſto.* His omnino adde Cujum 1. *Inſt.* 6. §. 4. ubi genus id mancipationis fuſius explicat. 35 Εἰκονικὰς πράσεις, quæ I hoc loco ſunt manumiſſiones, videntur Deſſiat. inquit, *ter mancipatus, ter manumiſſus ſui juris fit:* id enim lex 12. *Tabularum* jubet. *Si pater filium ter venundarit, filius a patre liber eſto.* His omnino adde Cujum 1. *Inſt.* 6. §. 4. ubi genus id mancipationis fuſius explicat. 36 Εἰκονικὰς πράσεις, quæ I hoc loco ſunt manumiſſiones, videntur Deſſiat. inquit, *ter mancipatus, ter manumiſſus ſui juris fit:* id enim lex 12. *Tabularum* jubet. *Si pater filium ter venundarit, filius a patre liber eſto.* His omnino adde Cujum 1. *Inſt.* 6. §. 4. ubi genus id mancipationis fuſius explicat. 37 Ex duobus captivis natus, ambobus parentibus revertiſſe liber intelligitur, *ut hic.* ex *Novell. Leonis* 36. ſive non revertantur parentes, ſive unus tantum revertatur, liber intelligitur & heres parentum. 10 Imo ſufficit, ut unus redierit. *l.* 16. *ff. de captivis.* 11 Quæ capta non eſt, poſtliminium non habet. 1. *g. ff. h. t.* 12 *l.* 16. J. *l.* 9. 26. *ff. h. t. l.* 6. *ff. de ſtatuliber.* 13 Ὑπομν. *Βασιλ.* 34. *tit.* 2. *c.* 1. 14 Sic lege Franciſca in hoſtem banuitus, hoc eſt ad deſertum vocatus & in venientio contumax, plenum *berthonnum*, hoc eſt, 60. ſolidos perſolvere cogebatur: ſi eam ſummam ſolvere non poterat, ſemertiſpam *pro vasallo*, hoc eſt, pignore in ſervitium principis traebat, donec tandem eam ſummam perſolviſſet. Quod ſi is homo in tali ſervitio moriebatur, hereditatem defunctı non amittebat, ſed nec libertatem, nec denique ipſi banno fiebat obnoxius. *a. legum Franciſcarum, c.* 71. *de libero homine in hoſtem banuito.* 15 Redemptus non eſt ſervus redimentis, ſed pignoris eſt tantum loco, donec redimatur. vid. *l.* 15.

habere, etſi [1] non ſpecialiter hoc ſibi ſervaverit: & peculium donare, vel alias res liberalitatis [2] titulo in eos transferre: & eas res, quæ acquiri indignantur, per uſumfructum ſecundum noſtræ conſtitutionis modum detinere, & omnia facere: vana tantummodo (ſecundum quod jam dictum eſt) obſervatione [3] ſublata. Dat. Kalend. Novembr. *Conſtantinopol.* poſt Conſulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. L.

DE INGRATIS [4] LIBERIS.

Filius emancipatus propter ingratitudinem reducitur in patriam poteſtatem. Bald.

Imppp. VALENTIN. VALENS & GRATIANUS AAA. ad Prætextatum P. P.

FIlios [5] [& filias, cæterosque liberos] contumaces, qui parentes, vel acerbitate convicii, vel cujuscunque atrocis injuriæ dolore pulſaſſent, leges [6] emancipatione reſciſſa damno libertatis immeritæ multari voluerunt. Dat. 12. Kalend. Septemb. *Mediolani*, LUPICINO & JOVINO CONSS. 367.

TIT. LI.

DE POSTLIMINIO [7] REVERSIS ET REDEMPTIS [8] AB HOSTIBUS.

Conceptus in captivitate patris & matris, revertens cum patre & matre, ſequitur patris originem. Bald.

De natis ex duobus captivis.

1. Impp. SEVER. & ANTON. AA. Ovinio.

EX duobus [9] captivis Sarmatia nata patris originem ita ſecuta videtur, ſi [10] ambo parentes in civitatem noſtram rediiſſent. Quamquam enim jure proprio poſtliminium habere non poſſit, quæ [11] capta non eſt, tamen parentum reſtitutio reddet patri filiam: qui cum ab hoſtibus interfectus ſit, matris [12] duntaxat conditionem, quæ ſecum filiam duxit, videtur neceſſario ſecuta: nam fictio legis Corneliæ, quæ legitimos apud hoſtes defuncto conſtituit heredes: ad eam, quæ illic ſuſcepta eſt, non pertinet: cum eo tempore, quo captus eſt, diem ſuum pater obiiſſe exiſtimetur. PP. ſine die & conſule.

De redemptis ab hoſtibus.

2. Imp. GORDIAN. A. Publiciano.

AB [13] hoſtibus redempti [14], quoad exolvatur pretium, [magis] in cauſam pignoris [15] conſtituti, quam [16] in ſervilem conditionem eſſe detruſi videntur: & ideo ſi nummi ex pecunia expenſi donatio [17] intercedat, priſtinæ conditioni eos reddi manifeſtum eſt. † Proinde ſi ab hoſtibus redemptam, poſt diſſolutum veluti naturalis [18] pignoris vinculum habere in [19] matrimonio [20] cœpiſti: nil eſt quod de ſtatu ejus, ſeu liberorum communium debeas pertimeſcere. PP. Id. Jun. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

De curatore dando.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Varo.

CUm cognatos tuos nondum poſtliminio regreſſos affirmes, ſed adhuc in rebus eſſe humanis, & bona eorum fraudibus diverſæ partis diſſipari: interpellatus Rector provinciæ providebit [21] eum ſub obſervatione [conſueta] conſtituere, qui ſtipulante ſervo publico ſatis idonee dederit. PP. 5. Kal. Sept. DIOCLETIANO III. & MAXIMIANO CONSS. 287.

De hereditate.

4. Iidem AA. & CC. Hermogeni, & aliis.

NEc nos præteriit, hereditatem [22] ejus, quam incognitum erat ab hoſtibus interfectam, an captam eſſe, a filio adiri non potuiſſe, quoniam eorum bona, qui in hoſtium poteſtatem rediguntur, eo demum tempore ſucceſſionis [23] jure acquiri poſſunt, cum captos apud hoſtes mortuos eſſe cognoſcitur. Nec ſuper faculitatibus ejus, cujus [24] incerta vita ac fortuna fuit, tranſigi [25] vel judicari [26] poſtulat. Unde poſtea quam apud hoſtes matterteram veſtram fati munus impleſſe innotuit: tunc vobis licentia permittitur agnoſcendæ per bonorum poſſeſſionem [27] ſucceſſionis, non officientibus enim [his] quæ perperam geſta ſunt, ſi priorem gradum obtinetis, ſucceſſionis compendium [28] ad vos pertinet. PP. 5. Kalend. Jun. ipſis AA. IV. & III. CONSS. 290.

1 *l.* 17. *ſupr. de collationib. quis a par. manumiſſ.* 2 Vid. quæ notavi ad *l.* 2. *ſupr. h. t. l.* 1. §. 3. *ff. ſi quis in fraudem patroni.* 3 Brevem manumittendi formulam exprimit Harm. 1. *tit.* 7. ὅτι τὸν δὲ πεῶν αὐτεξέσιον (Theophilus in §. διαλύει, *Inſtit. quib. mod. jus patr. poteſt.* legit ἐμανεῖν αὐτὸν) ᾗ τῆς αὐτῆ (Theophilus ἐμαυτῆ) σφίγγει χειρῶν, id eſt, Hunc ſui juris eſſe patrem meæque manu mitto. 4 *L.* 8. *Cod. Theod.* 7. & 31. *Eclog.* 3. Ingratitudinis ob cauſam liberi in poteſtatem parentum revertuntur, vide *Novell.* 115. *c.* 3. ubi de exheredandis julta de cauſa liberis agitur: de ingratitudine dixi ad *Novell. Leon.* 25. 5 *l.* 1. *C. Th. h. t.* 6 Antique: puta Romuli, dixi ad *lef.* 12. *Tabularum lib.* 2. *tit.* 27. §. 7. ubi hoc addendum eſt, *Deveu parentum ſacratu fieri*, nihil aliud eſſe, quam in ſacra & poteſtatem parentum reverti: ut filius ira revera a parente impune poſſit occidi, videlicet ſi manus impias et intulerit. 7 *l.* 9. 10. 14. 18. 19. J. *h. t.* poſt captivitatem regreſſis *l.* 6. *C. Th.* 5. Paulo plenius explicatur hic tit. a Gracsis 34. *Eccl.* 1. περὶ αἰχμαλώτων recte de captivis dicitur: nam transfuge poſtliminium non habent. *l.* 9. §. 4. *ff. h. t.* βιόων (hi etiam poſtliminio redeunt. Feſt. in Poſtliminio, *l.* 8. J. *h. t.*) τι ἐξ ἐλευθέρων τῶν περὶ ἀποφεύγοντα αὐτῶν καὶ περὶ πάλιν (huc pertinet *l.* 1. J. *h. t.*) αὐτῶν τῶν (ἐκκλίν) huc pertinet *lex* 3. 4. J. *h. t.* Eſt & titulus *ff. de captivis & de poſtliminio, & redemptis ab hoſtibus L.* 49. *D.* 15. 8 *l.* 2. 6. 7. 8. 11. 13. 15. 16. 17. 20. adde & traditis ab hoſtibus. *l.* 5. J. *h. t.* liberatis virtute militum. *l.* 12. J. *h. t.* 9 Ex duobus captivis natus, ambobus parentibus reverſis liber intelligitur, *ut hic.* ex *Novell. Leonis* 36. ſive non revertantur parentes, ſive unus tantum revertatur, liber intelligitur & heres parentum. 10 Imo ſufficit, ut unus redierit. *l.* 16. *ff. de captivis.* 11 Quæ capta non eſt, poſtliminium non habet. J. *ſ. ff. h. t.* 12 *l.* 16. J. *l.* 9. 26. *ff. h. t. l.* 6. *ff. de ſtatuliber.* 13 Ὑπομν. *Βασιλ.* 34. *tit.* 2. *c.* 1. 14 Sic lege Franciſca in hoſtem banuitus, hoc eſt ad deſertum vocatus & in venientio contumax, plenum *berthonnum*, hoc eſt, 60. ſolidos perſolvere cogebatur: ſi eam ſummam ſolvere non poterat, ſemertiſpam *pro vasallo*, hoc eſt, pignore in ſervitium principis traebat, donec tandem eam ſummam perſolviſſet. Quod ſi is homo in tali ſervitio moriebatur, hereditatem defunctı non amittebat, ſed nec libertatem, nec denique ipſi banno fiebat obnoxius. *a. legum Franciſcarum, c.* 71. *de libero homine in hoſtem banuito.* 15 Redemptus non eſt ſervus redimentis, ſed pignoris eſt tantum loco, donec redimatur. vid. *l.* 15.

De tradito a Barbaris.

5. Iidem AA. & CC. Urſæ.

CUm non redemptum ab hoſtibus filium tuum, ſed ſine [ullo] contractu [29] traditum [30] a Barbaris Præfecto [31] legionis dicas, poſtliminii jus locum habuit: & illico ingenuitati ſuæ reddi eum Præſes provinciæ jubebit. PP. 16. Kal. Jun. ipſis AA. IV. & III. CONSS. 290.

De redemptis ab hoſtibus.

6. Iidem AA. & CC. Juſto.

CUm & poſtliminii jus, & communis [32] utilitatis ratio exigat, ut ſi qui captos ab hoſtibus redemerint, accepto [33] pretio redemptos ſuæ ingenuitati reſtituant: proponasque redemptorem tuum noluiſſe [34] oblatum pretium a te, vel ab alio recipere: Præſes provinciæ efficaci inſtantia compellet eum legibus obtemperare, & percepto eo, quod pretii nomine dependitur, ſtatus ſecuritatem [35] non inquietare. PP. Kalend. Februar. TIBERIANO, & DIONE CONSS. 291.

De puella redempta, & proſtituta.

7. Iidem AA. & CC. Claudio.

FOediſſimæ mulieris nequitia permovemur. Cum igitur filiam tuam ab hoſtibus captam, ac proſtitutam [36] ab ea, quæ eam redemerat, ob retinendæ pudicitiæ cultum, ac ſervandam natalium honeſtatem ad te confugiſſe [37] proponas: Præſes provinciæ, ſi filiæ tuæ ſupradictam injuriam ab ea, quæ ſciebat ingenuam eſſe, inflictam cognoverit: cum hujuscemodi perſona indigna ſit pretium recipere, propter odium [38] deteſtabilis quæſtus [39]: etiamſi pretium compenſatum non eſt, ex neceſſitate miſerabili cuſtodita ingenuitate natæ tuæ adverſus flagitioſæ mulieris turpitudinem tutam eam, defenſamque præſtabit. PP. 3. Non. Februar. TIBERIANO & DIONE CONSS. 291.

De natis ex redempta.

8. Iidem AA. & CC. Matronæ.

PRæſes provinciæ, ne ulterius in ſervitutis jugo detinearis, curæ habebit, qui pro ſolertia ſua parum ignorat filiorum tuorum ſtatum tueri, quos poſteaquam [40] redempta es, enixam te eſſe ſignificas: cum eos, qui poſt redemptionem naſcuntur, ne pignoris [41] quidem vinculo ob pretium, quod pro his datum non eſt, teneri, nullis auctoribus viſum eſt. PP. 5. Id. Februar. TIBERIANO & DIONE CONSS. 291.

An filius reverſus ſuccedat patri.

9. Iidem AA. & CC. Gregorio.

CAptum ab hoſtibus filium, patre mortuo medio tempore lex Cornelia reverſum [42], ſi in poteſtate patris tempore, quo capiebatur, fuit, ſuum facit heredem: unde live ex teſtamento [43] ad te, ſive [ab] inteſtato [44] ſucceſſionem patris tui pertinere apud præſidem provinciæ probaveris: reſtitui tibi res hereditarias jubebit, ſi non tantum, poſtquam reverſus es, tempus effluxit, quantum intentionem tuam temporis prolixitate conquieſcere faciat. PP. 5. Id. April. AA. CONSS.

De ſervo reverſo ab hoſtibus.

10. Iidem AA. & CC. Apollodoræ.

SIcut liberis captis ab hoſtibus, ac poſtliminio reverſis ſtatus priſtinus reſtituitur, ſic ſervi [45] domino. Unde, ſi hæc cujus meminiſti, ancilla patris tui fuit, nec commercio redempta [46] eſt: reverſa dominum, vel ejus ſequitur ſucceſſorem, qui per captivitatem hanc amiſerat. S. 3. Kal. Maji, *Hadrianopoli*, AA. CONSS.

De redempto, & gratis dimiſſo.

11. Iidem AA. & CC. Eutychio.

SI liberum captum te ab hoſtibus commercio [47] redemit Sabinus, & eum vinculum pignoris [48] ſuperſtitem remiſiſſe [49] tibi probetur: non libertus effectus, ſed ingenuitati, quam amiſeras, reſtitutus, nullum filiis ejus obſequium debes. S. 15. Kal. Jan. AA. CONSS.

De liberatis virtute militum.

12. Iidem AA. & CC. Quintianæ.

AB hoſtibus capti, non commercio [50] redempti, ſed virtute [51] militum noſtrorum liberati, illico ſtatum, quem captivitatis caſu amiſerant, recipiunt: ſervi [52] autem dominis ſuis reſtituentur,

21 *ff. h. t.* An & ejus liberi? non ſunt pignori. *l.* 8. J. *h. t.* 16 Vid. *l.* 2. *ff. de lib. homin. exhib.* 17 Pretio redemptionis donato redemptus libertatem conſequitur, *ut hic*, & *l.* 11. J. *h. t.* 18 Redemptus redemptori naturalis pignoris loco. 19 Natus ex ingenuo, & redemptus ab hoſtibus ingenuus eſt. 20 Redempta redemptori potest nubere, vid. *l.* 13. J. *h. t.* 34. *Eclog.* 2. *c.* 1. 21 Id eſt, curatorem, de curatore dando bonis capti, adde *l.* 15. *ff. ex quib. cauſis major. l.* 6. *in fin. ff. de tutel. l.* 6. *in fin. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ.* adde Hotom. *conſil.* 6. 22 Incertus de morte captivi ab intestato ſuccedere, tranſigere, vel judicio de ejus bonis experiri non poteſt. 23 In ſucceſſione adde *l.* 19. *l.* 32. *ff. de adqu. vel amitt. poſſeſſ.* 24 De viventis hereditate ſentenria ferri non poteſt, *ut hic*, ſed nec de ea paciſci licet, & tranſigere, *ut hic*, 1. §. 8. 2. *ff. de vulgar. & pupill. l.* 1. §. 21 *ff. de collat. l. ult.* §. *de pact.* (Senec. 96. *epiſt. ſi vultur ex cadaver expectat.*) nec donare eandem. *l.* 2. *ff. de hiis, quæ ut indign.* 25 De transactione. 26 De ſententia. 27 Vid. *l.* 1. §. 9. *ff. de bon. poſſ. ſecund. tab.* 28 Inque ideo gratis. 29 Cum ſtipulatione pretii, ſine commercio. *l.* 17. J. *h. t.* 30 Sine ſtipulatione pretii, ſine commercio. *l.* 17. J. *h. t.* 31 Præfectus legionis. 32 Utilitas ac neceſſitas poſtliminii, *l.* 19. *ff. h. t.* 33 Vid. *l.* 17. J. *h. t.* adde *l.* 2. 3. *h. t.* 34 Redemptor obtatum a redempto pretium invitus accipere cogitur. 35 Securitas ſtatus. 36 Qui redemptam proſtituit, pretium juſque pignoris amittit. adde *l.* 12. 3. *de epiſc. aud.* 34. *Eclog.* 2. *c.* 6. 37 Redempta a redemptore proſtituta, juſtum fugiendi rationem habet. 38 *Novell.* 14. *in princ.* 39 Lenocinii quæſtus deteſtabilis. 40 Natı ex redempta liberi ſunt, idcoque ne pignoris quidem loco a redemptore poſſunt retineri *hic*, ut & ipſi redempti. *l.* 2. 3. *h. t.* 1. 15. *ff. h. t.* 41 Ratio dubitandi ex *d. l.* 2. *l.* 15. 42 Reverſus hujcur nunquam captus. 43 Vid. Paul. 3. *ſent.* 4. §. 8. 44 *l.* 14. J. *h. t.* 9. 4. *Inſtit. de hered. quæ ab inteſt.* 45 Etiam ſervi poſtliminii jus habent, *ut hic*, *l.* 12. *verſ. ſervus.* J. *h. t.* Feſt. *in poſtliminium*: dixi quoque *in epigraphe.* 46 *l.* 11. 12. & 16. J. *h. t.* 47 *l.* 17. J. *h. t.* adde quæ ſcripſi ad *l.* 12. §. 7. *ff. h. t.* 48 De quo *l.* 2. §. 7. *l.* 15. *ff. h. t.* 49 *l.* 2. §. *h. t.* 50 Captivi, recepti ab hoſte virtute militari & citra pretium, recipientis non ſunt ſervi: ſunt liberi. Si qui tamen ſervi recepti ſint, dominis ſuis reſtituendi, *ut hic. Syn. Eaſſil.* 34. *tit.* 2. *c.* 11. vide *l.* 10. 3. *h. t.* adde quæ ſcripſi ad *l.* 12. 9. 17. *ff. h. t.* 51 Id eſt, fortitudine. *l.* 21. *verſ. quæſt. ff. h. t.* 52 Vide *l.* 10. 3. *h. t.*

Receptos enim eos, non captos judicare debemus: & militem nostrum defensorem eorum decet esse, non dominum. S. 5. Kal. Januar. AA. CONSS.

Si redempta redemptori nubat.

13. Iidem AA. & CC. Quartinæ.

SI is [1], qui te ab hostibus ingenuam captam commercio redemit, sibi matrimonio [2] conjunxit: dignitate [3] nuptiarum, & voto futuræ justæ sobolis, vinculo pignoris tibi remisso, reddi natales pristinos rationis est. S. 5. Id. Martii, CC. CONSS.

An filia reversa succedat matri.

14. Iidem AA. & CC. Severæ.

JUs postliminii filiam (rebus humanis exempta matre, dum in servitutis ipsa necessitate per captivitatis causam fuit) eventus purgato vigore, ad ejus legitimam [4] invitat hereditatem; nec tibi medii temporis fortuna, quominus res maternas successione quæsitas persequi possis, injuriam fieri patimur. S. 16. Kal. April. CC. CONSS.

De redemptis ab hostibus.

15. Iidem AA. & CC. Macrotraulo [5].

IS, qui liber constitutus captus ab hostibus commercio [6] redimitur, etiam [7] antequam restituatur, pro eo data pecunia, successionis [8] jura sibi vindicare favore ingenuitatis potest: ut ex ea possit pretium pro se datum exolvere.

De natis ex redempta.

16. Iidem AA. & CC. Basilidæ.

COmmercio [9] redemptæ [10] fœminæ filios, licet ex servo medio susceptos tempore, origini ingenuitatis matris, juxta ea quæ benigne placuerunt, reddi convenit. S. 5. Kal. Septembr. *Viminacii*, AA. CONSS.

An redemptus debeat pretium emptori.

17. Iidem AA. & CC. Diogeniæ.

LIber [11] captus ab hostibus, & commercio redemptus, tunc demum, cum [12] pretium solverit, vel ei hoc, qualicunque remittatur judicio [13], statum pristinum recipit: quo genere matre [14] filium redimente, cum hujusmodi contractus non de mercede, sed de tristitia repudianda cogitatur, voti recipiendi filium cogitatio cum optabili conditione filium illico matri restituit: ita ut [a] civilium obsequio munerum propter casum præteritum [filius] non excusetur. Pro [15] pietatis itaque ratione ab hostibus redempto filio, facti te pœnitere ac de pretio quicquam tractare non convenit: dotem tamen ab eo debitam jure concesso reddi postulas. S. 3. Kal. Novembr.* *Devellio*, CC. CONSS.

De actionibus quæ competunt reversis.

18. Iidem AA. & CC. Trypliniano.

AB hostibus captis ac postliminio reversis, pro hujusmodi casu amissa [16], quæ in eadem causa quidem durant, omnimodo directa: quæ vero per usucapionem, vel liberationem ex bonis subtracta, vel non utendo finita esse videntur, intra annum utilem experientibus actione rescisoria [17] restituuntur. PP. 12. Kal. Decembr. CC. CONSS.

Quibus competit jus postliminii.

19. Imppp. GRATIANUS, VALENTINIANUS, & THEODOSIUS AAA. ad Severinum Ducem.

SI [18] quos forte necessitas captivitatis abduxit: sciant, si non transierint, sed hostilis irruptionis necessitate transducti sunt, ad propias terras festinare [se] debere: recepturos [19] jure postliminii ea, quæ in agris, vel mancipiis, [seu aliis rebus] ante tenuerunt, etsi a fisco nostro possideantur. Nec timeat quisquam alicujus contradictionis morem: cum hoc solum requirendum sit, utrum [forsitan] aliquis cum barbaris voluntate [20] fuerit, an coactus. Dat. 5. Kalend. Jul. *Romæ* [21], GRATIAN. A. V. & DAGALAIFO CONSS. 366.

De redemptis ab hostibus.

20. Impp. HONORIUS, & THEODOSIUS AA. Theodoro P. P.

DIversarum [22] homines provinciarum cujuslibet sexus, conditionis, ætatis, quos barbarica feritas captivitatis necessitate transvexerat, invitos [23] nemo retineat: sed ad propria [24] redire cupientibus libera sit facultas (quibus si quicquam in [25] usum vestium vel alimoniæ impensum est, humanitati sit præstitum, nec maneat victualis sumptus repetitio:) exceptis his quos barbaris vendentibus emptos [26] esse docebitur: a quibus status sui pretium propter utilitatem publicam emptoribus æquum est redhiberi. Ne quando enim damni consideratio in tali necessitate positis negari faciat emptionem: decet redemptos, aut [27] datum pro se pretium emptoribus restituere, aut laboris obsequio, vel opere quinquennii [28], vicem referre beneficii, habitatores incolumem (si in ea nati sunt) libertatem. Reddantur igitur ædibus [29] propriis sub moderatione quam jussimus: quibus jure postliminii etiam veterum responsis incolumia cuncta servanda sunt. Si quis itaque huic præcepto fuerit conatus obsistere, actor, conductor procuratorque dari [30] se metallis cum pœna deportationis non ambigat: sin vero possessionis dominus, rem suam [a] fisco noverit vindicandam, seque deportandum, & ut facilis executio perveniat, Christianos [31] proximorum locorum volumus hujusmodi rei solicitudinem gerere. Curiales quoque proximarum civitatum placuit admoneri, ut emergentibus talibus causis, sciant legis nostræ auxilium deferendum: ita ut noverint rectores universi decem libras auri a se, & tantundem a suis apparitoribus exigendum, si præceptum [nostrum] neglexerint. Dat. 3. Id. Decembr. *Ravennæ*, HONORIO VIII. & THEODOS. III. AA. CONSS. 409.

TIT. LII.
DE INFANTIBUS [32] EXPOSITIS [33] LIBERISET SERVIS, ET DE HIS, QUI SANGUINOLENTOS [34] NUTRIENDOS ACCEPERUNT.

Partus ancillæ domino ignoraute expositus, repeti potest, ad expensas tamen restituendas tenetur, nisi sint facta a fure. Salic.

1. Imp. ALEXANDER A. Claudio.

SI invito [35] vel ignorante te partus ancillæ, vel adscriptitiæ [36] tuæ expositus sit, repetere eum non prohiberis. Sed restitutio ejus, (si non a fure [37] vindicaveris) ita fiet, ut si qua in [38] alendo eo vel forte ad discendum artificium [39] juste consumpta fuerint, restituas [40]. PP. 3. Kal. Jun. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Exponens sobolem propriam quam nutrire tenetur, venit puniendus: nec dominus recuperat servum quem expositit. Salic.

2. Imppp. VALENTINIANUS, VALENS & GRATIANUS AAA. ad Probum P. P.

UNusquisque sobolem [41] suam nutriat. Quod si exponendam putaverit [42], animadversioni quæ constituta est, subjacebit. Sed nec [43] dominis vel patronis repetendi aditum relinquimus, si ab [ipsis] expositos [44] quodammodo ad [45] mortem voluntas [46] misericordiæ amica collegerit: nec enim fuum [47] [quis] dicere poterit, quem pereuntem contempsit [48]. Dat. 4. Non. Mart. GRATIAN. A. III. & EQUITIO CONSS. 374.

Expositi cujuscunque conditionis pev exponentem non possunt vindicari, nec per colligentes possunt ut servi vel libertini retineri: sed ingenui intelliguntur. Salic.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

SAncimus nemini licere, sive ab ingenuis genitoribus puer parvulus procreatus, sive a libertina progenie, sive servili conditione maculatus; expositus sit: eum puerum in fuum dominium [49] vindicare, sive nomine dominii, sive adscriptitiæ, sive colonariæ conditionis. Sed neque his qui eos nutriendos [50] fustulerunt, licentiam concedimus penitus cum quadam distinctione [ita] eos tollere, & educationem eorum procurare, sive masculi sint, sive fœminæ, ut eos vel loco servorum, aut loco libertorum, vel colonorum, aut adscriptiorum habeant: sed nullo discrimine habito, hi qui ab hujusmodi

1 Qui ab hostibus captam redemit: & cum ea tanquam uxore, congressus est, cum videatur, eo quod ipsam insuper uxorem assumpsit, pretium ei ac velut pignoris vinculum remisisse, efficit proculdubio, ut & ipsa postliminis restituatur natalibus & ex ea suscepti liberi legitimi fint atque ingenui. 1. Harm. 13. §. 31. & 4. *tit.* 5. §. *ult.*
2 Redemptor nuptiis cum redempta contractis, tacite eam liberat nexu pignoris.
3 Id fit præsumptione quadam. Sic Graeci, *ὡς περιλαβὼν δοκῶν αὐτῇ συγχωρεῖν τὸ τίμημα.* adde l. 2. *in fin. supr. h. t.* adde 34. *Ecl.* 1. c. 18. & *Schol. ibid.* 4 Reversus ab hostibus, matri succedit. v. *l.* 9. *supr.* & *l.* 15. *infr. h. t.* 5 Murattraulo, Cujac. *ad l.* 4. *infr. de jure fisci.* 6 Vide *l.* 10. *in fin. supr. h. t.* 7 Ratio dubitandi.
8 Redempti succedunt. vide *l.* 9. *supr. h. t.* 9 *l.* 10. *in fin. l.* 11. *l.* 12. *l.* 15. 3. *h. t.*
10 Matre redempta, natus in captivitate fit liber, *ut hic*, & ex *Nov. Leon.* 36. etiamsi non revertatur. 11 Redemptus ab hostibus non fit servus redimentis, sed pignoris tantum jure ei tenetur. 1. Harm. 18. §. 33. 12 Vide *l.* 2. *supr.* & *l.* 12. §. 7. §. 14. *ff. h. t.* 13 *Indicio*, Cujacius *Novell.* 22. dixi de hac lectione *ad l.* 21. *supr. familiæ erciscundæ.*
14 A matre redemptus, nullum matri debet redemptionis pretium. 15 Donatio quandoque præmittitur ratione proximitatis & adfinitatis. vide Alciat. 1. *præsumpt.* 32. adde quæ dixi ad *l.* 11. *supr. de negotiis.* 16 Absentes captivi reversi res amissas recuperant directo: usurpatas actione rescisoria, *ut hic.* 17 Rescisoria actio datur abfentibus reipublicæ causa. *l.* 24. *in fin. supr. de rei vind.* 1. 1. §. 1. *ff. ex quibus caus. major. l.* 52. §. 1. *ff. de leg.* 1. 18 *l.* 1. *C. Theod. h. t.* 19 *l.* 5. *ff. h. t.* 20 Et ita fuerit transfuga. Transfuga nullum jus postliminii competit. *l.* 19. §. 4. *l.* 20. *ff. h. t.*
21 Remis, *d. l.* 1. *C. Theod. h. t.* 22 *l.* 2. *C. Th. h. t.* 23 *l.* 11. *supr. de epist. and.* 24 Id est, ad suas & proprias sedes. *infr. h. t.* 25 Quod ab hostibus reverteuti in usum vestium aut alimentorum datur, non repetitur. 26 Expensas factas circa hominem a Barbaris redemptum repetimus. 27 Quoosque redempti redemptori obligentur. 28 Redempti ab hostibus redemptori pretium reddere debent, aut quinquennium servire, *ut hic.* 34. *Ecl.* 1. c. 18. Harm. 1. *tit. ult.* §. 27. Idem tamen §. 33. triennii meminit tantum, non quinquennii. 29 Sedibus, *d. l.* 2. *C. Theod. h. t.* 30 *Dari metallis*, est ad metallum damnari. 31 Vide *l.* 11. *supr. de epist. and.*
32 Expositi plerique magna regna, vel imperia condidere. Hujusmodi fine fuit Moses 2. *Exod.* 3. talis Cyrus *Justin.* 1. talis Romulus *Livius* 1. Ille Judæorum: alter Persarum: postremus Romanorum imperii auctor. Talis etiam Semiramis Assyriaci imperii fundatrix: & si veri historici, a columbis nutrita. Diodor. 2. ut Romulus a lupa, Livius 1. Cyrus a cane, *Justin.* 1. 33 *L.* 5. *C. Theod.* 7. & 1. 4. *ff. de lib. agnosc. l.* 1. §. 2. *ff. de juris* & *facti.* *περὶ παιδῶν ἐκτιθεμένων ἢ ἐκτρεφομένων.* 33. *Eclog.* 2. Expositus dicitur etiam *ἀπρόσοικτος* 1. Harm. *ult.* §. 30. quasi neglectus, adde

Novell. 153. *περὶ τῶν χαμευνετῶν βρεφῶν.* & 5. *extrav.* 11. dicuntur & *θρέπτοι.* Plinius ad Trajanum: *Magna quæstio est de conditione & alimentis eorum, quos θρέπτους vocant.* adde quæ scripsi ad Festum in voce *Lærentalia* & voce *Nutricius.* 34 *Sanguinolentos emptos, vel nutriendos &c. C. Theod. h. t.* fanguinolentos, id est, recens natos. 1. *in fin. C. Th. h. t.* de quibus dixi ad *l.* 1. *supr. de patrib. qui filios distraxerant.* Goth. à quibus expositi infantes ali & fuscipi debent, vide Centur. for. nostr. *lib.* 1. *c.* 10. n. 7. De exponentium pœna vide Menoch. *de arbitr. jud. quæst. caf.* 396. Cujac. *lib.* 14. *obf.* 36. Id. Clar. §. *fin. quæst.* 82. *n.* 7. S. L. 35 Quid si te volente? dominium amittis. 1. 2. *h. t.* 36 Partum adscriptitiæ expositum dominus vindicare potest. 37 Furcipensas non deducit. 38 *l.* 16. *supr. de nupt. l.* 4. §. 9. *ff. de doli malis & met. ob restitta alimenta*, corpus educati retineri potest. Hæc conditio est bene degenti. vide Funer. 2. *feleck.* 34. 39 Eruditionis, artificii, atque disciplinarum expensis condemnatur. 40 Quid si dominus aliunde solvere non potest? non restituet. melius erit possefforem carere fua pecunia, quam dominum suo servo. Nihil etiam hic est, quod total possessor, quia eruditio avelli non potest: est enim habitus *διανοητικός.* l. 27. *in fin. ff. de rei vind.* Duo funt tamen casus quibus impensæ deductio est, etiamsi aliunde dominus solvere non possit: unus, si institutum dominus mox venditurus sit, & pretii lucrus propter eruditionem. *l.* 29. *l.* 38. *in fin. ff. de rei vind.* alteri, si filiaeset dimino eruditus sit. *l.* 30. *ff. d. tit.* Quid, si fructus pueri petuntur? compensatur cum hujusmodi expensis: Operarum autem æstimatio incipit esse *quinto* anno. *l.* 32. *ff. derei vind. l. ult. ff. de oper. serv. l.* 37. *ff. de oper. libert.* adde Chjac. 9. *obf.* 38. 41 *Eclog.* 2. *cap.* 2. 42 Pater, *ut hic*, dominus, patronus, *vers. sed nec dominus* vel *patronus. infr. h. t.* liberos, servos, libertos exponentes, pus potestatis amittunt: adde *Novell.* 153. *c.* 1. & *c. un. extr. h. t.* 43 *l.* 2. *C. Theod. h. t.* 44 Tales fiunt Latini ex Claudii constitutione. vide *l.* 2. *ff. qui sine manum.* cives Romani, ex constitutione Justini. *l. ult. supr. de bon. lib.* vid. *l. un.* §. 3. *supr. de Lat. libert. toll.* adde *l.* 4. §. 2. *eod. tit.* 45 Expositi ad mortem quodammodo expositi. *l.* 3. *vers. neque enim.* 46 Voluntas amica misericordiæ.
Græcis *κυτίζειν.* 47 Suum nemo dicere potest, quem pereuntem contemnit. 48 *Si modo testes episcopalis* (in legendum non *episcopales*) *subscripto fuerit subscuta, de qua nulla penitus ad fourniam Fisci* [illegible] *cunctatis. d. l.* 2. *C. Th. h. t.* Id est, ut Amnianus interpretatur: si contestationem ex epistolæ lectione ejus, episcopus & clerici subscripserint, ut merito possimus dicere, *d. l.* 1. *in fine* telligi, Valensis Concilii c. 9. ut secundum statuta piissimorum Augustorum quisquis expositum colligit, Ecclesiam contestetur. 49 Expositus, exponentis servus, adscriptitius, colonus, *ut hic.* aut libertus non est, *h. t. ibi* loco *liberi.* 50 Expositum qui nutrit, servum, colonum, aut libertum non facit.

homi-

hominibus educati sint, liberi [1], & ingenui appareant, & [2] sibi acquirant, & in posteritatem suam, vel in extraneos heredes [3] omnia quæ habuerint, quomodo voluerint transmittant, nulla macula [4] servitutis, vel adscriptitiæ, aut colonariæ conditionis imbuti, nec quasi patronatus jura in rebus eorum his, qui eos suscepterint, prætendere concedimus: sed in omnem terram quæ [5] Romanæ ditioni suppofita est, hoc obtinere. Neque enim oportet eos, qui ab initio infantes abjecerunt, & mortis [6] forte spem circa eos habuerunt, incertos constitutos, si qui eos suscepterint, hos iterum ad se revocare conari, & servili [7] necessitati subjugare. Neque hi, qui eos pietatis ratione suadente sustulerint [8], ferendi sunt denuo suam mutantes [9] sententiam & in servitutem eos retrahentes, licet ab initio [10] hujusmodi cogitationem habentes ad hoc profiluerint: ne videantur quasi mercimonio [11] contracto ita pietatis officium gerere. Hæc observantibus, tam viris clarissimis præfidibus provinciarum, quam viris religiosissimis Episcopis [12], necnon officiis præfidalibus, & patribus, & defensoribus civitatum, & omni civili auxilio. Dat. 15. Kal. Octobr. *Chaledone*, DECIO V. C. CONS. 529.

In AUTHENT. constit. quæ ex adscript. §. 1. col. 5. tit. 9. al. 8. Novell. 54. cap. 1.

ANtiqua lex erat, quæ dicebat ex persona libera, & altera adscriptitia natos, adscriptitiam sequi conditionem: quod per Justinianum ad jus commune liberi ventris redactum est.

4. [13] Imp. JUSTINIANUS. *

SAncimus [14] ut quoscunque, vel in ecclesiis, vel in vicis, vel aliis locis abjectos constiterit, ii modis omnibus liberi sint: etiamsi certam quandam probationem petitor habeat, qua ostendat ejusmodi personam ad suum pertinere dominium. Nam si legibus nostris [15] statutum est, ut servi ægrotantes a dominis neglecti, & qui velut desperata eorum valetudine possessorum curatione digni non censentur, omnino in libertatem abripiantur: quonam pacto in ipsis vitæ primordiis aliorum hominum pietati relictos, & ab eis educatos, in servitutem iniquam pertrahi patiamur? Enimvero liberos esse sancimus, ne illis quidem, qui hæc faciunt, irrogandas ex legibus nostris pœnas effugientibus; velut omni referetis inhumanitate, & crudelitate, quæ tanto quovis homicidio pejor est, quanto miserioribus eam inferunt.

TIT. LIII.
QUÆ [16] SIT LONGA [17] CONSUETUDO [18].

Consuetudo loci probata debet servari, & ratio consuetudinis debet attendi. Salic.

1. Imp. ALEXANDER A. Apro.

PRæses [19] provinciæ probatis his [20], quæ in oppido [21] frequenter [22] in [23] eodem controversiarum genere servata sunt, causa cognita statuet. Nam & consuetudo præcedens & ratio [24], quæ consuetudinem suasit, custodienda [25] est. Et ne quid contra [26] longam consuetudinem fiat, ad solicitudinem suam revocabit Præses [27] provinciæ. PP. 6. Kalend. April. JULIANO II. & CRISPO CONSS. 225.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Proculum [28].

COnsuetudinis [29] ususque longævi non vilis auctoritas [30] est: verum non usque adeo sui valitura momento, ut aut rationem [31] vincat, aut legem [32]. Dat. 7. Kal. Maji, CONSTANTINO. PP. A. V. & LICINIO C. CONSS. 319.

Consuetudo legem imitatur, & pro lege servatur. Salic.

3. Imp. LEO, & ANTHEMIUS AA. Alexandro.

LEges quoque ipsas antiquitus probata [33] & servata tenaciter [34] consuetudo imitatur [35], & retinet [36]: & quod officiis, Curiis, Civitatibus, Principiis [37], vel Collegiis præstitutum fuisse cognoscitur, perpetuæ legis vicem obtinere statuimus. Dat. 7. Id. Sept. MARTIANO, & ZENONE CONSS. 469.

TIT. LIV.
DE DONATIONIBUS [38].

De traditione instrumentorum.

1. Impp. SEVERUS, & ANTONINUS AA. Lucio.

EMptionum mancipiorum instrumentis [39] donatis, & traditis, & ipsorum mancipiorum donationem [40], & traditionem factam intelligis: & ideo potes adversus donatorem in rem actionem exercere. PP. 5. Kal. Jul. FAUSTINO, & RUFINO CONSS. 211.

De actionibus.

2. Imp. GORDIANUS A. Leonidæ.

SI nominis [41] persecutionem in te emancipatam pater tuus titulo donationis transtulit [42], frustra prætendit, qui debitori tuo heres extitit, consensum [43] fuisse debitoris necessarium: cum satis fuerit actiones eo [44] nomine tibi mandatas fuisse. PP. 2. Id. Mart. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

De spe futuræ actionis.

3. Imp. DECIUS A. Marcellino.

SPem [45] futuræ actionis plena intercedente donatoris voluntate posse transferri non immerito placuit. PP. Non. Mart. DECIO A. I. & GRATO CONSS. 251.

De functionibus, exactionibus vel tributis.

4. Imp. PROBUS A. Marsiæ.

SI functiones [46], [exactiones, vel tributa] per eum, cui donata res non erat, vel ab actoribus ipsius nomine celebratæ sunt, tibi obesse non potest. PP. 5. Kal. Jan. MESSALA, & GRATO CONSS. 280.

De ultima voluntate.

5. Impp. CARINUS & NUMERIANUS AA. Flacconillæ.

SI donatio per epistolam [47] facta non apparet: verba tamen testamenti, quibus liberalitas testatricis confirmata est, fideicommissum continere non ambigitur. PP. 6. Kal. Febr. *Romæ*, CARINO II. & NUMERIANO CONSS. 284.

De absentibus.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Christianæ.

NEc ambigi oportet, donationes etiam inter [48] absentes (& maxime si ex voluntate donantium possessiones, hi, quibus donatum est, nancisceantur) validas esse. PP. 3. Id. Febr. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De censuali professione.

7. Iidem AA. & CC. Julio.

CEnsualis [49] quidem professio [50] domino præjudicare non solet [51]. Sed si in censum, velut sua mancipia deferenti privigno tuo consensisti [52], donationem in eum contulisse videris. PP. Id. Jul. ipsis AA. IV. & III. CONSS. 290.

8. Iidem AA. & CC. Floræ.

SI præses provinciæ non [53] donandi voluntate filiorum tuorum nomine prædia in [54] censum detulisse te manifestis probationibus cognoverit, quod fides veri fuggesserit, id statuet. PP. 8. Id. Sept. ipsis AA. IV. & III. CONSS. 290.

De lege donationis.

9. Iidem AA. & CC. Augustianæ.

LEgem [55], quam rebus tuis donando dixisti, sive stipulatione tibi prospexisti, ex stipulatu, sive non: incerto [56] judicio, id est, præscriptis [57] verbis, apud Præsidem provinciæ debes agere, ut hanc impleri provideat. PP. 16. Kal. Maji, AA. CONSS.

1 Expositi liberi & ingenui. 2 Fructus libertatis. 3 Vide *l.* 8. *l.* 11. *supr. communi. de successionibus.* 4 Maculæ contrariæ libertati. 5 Extra territorium statuta non obligant. *l. ult. ff. de jurisdict. l.* 1. *supr. ff. a non competente.*
6 Dixi ad *l.* 2. *supr. eod.* 7 Necessitas servandi. 8 Piam sententiam mutare non licet. 9 Id est, aluerint. Alimentorum causa veritati non officit. *l.* 10. *ff. de iis qui jui vel al. jur.* 10 Tamesti in quibusdam negotiis initium spectetur & voluntas geventis. 11 Gratuita mercedem non admittunt. 12 Vide *l.* 24. *supr. de episcopali audientia.* & 2. Harm. 13. §. 26. 13 Sumpta *ex* 33. *Eclog.* 2. *cap.* 4. 1. Harm. *ult. in fin.* 14 Leunclavii interpretatio. 15 *l. unic.* §. 3. *supr. de Latina libertate.*

16 De longa consuetudine & quam vim habeat, adde *L.* 5. *Cod. Theod. ultim.* & *L.* 1. D. 3. & 7. §. 9. *Inst. de jur. nat.* Ulp. 1. §. 4. 1. Harm. 1. *c.* *περὶ ἐθῶν.* adde 2. *Eclog.* 1. *cap.* *περὶ νόμων καὶ κανόνας συνθέσεως.* adde *l. ult. supr. de emancip.* de vi consuetudinis plura dixi 2. *feudorum* 1. 17 *l.* 35. *ff. de legibus.* Ulp. 1. §. 4. veteris, *l. Imperatores.* 13. §. 1. *in fin. ff. de pollicitat.* antiqua, vetustissima, *l.* 9. *infr. de jure fisci. l. ult. infr. de privilegiis scholarum. lib.* 12. *tit.* 30. inveterata, *l.* 32. §. 1. *ff. de legib.* diuturna, *l.* 33. *ibid.* usus longævus, *l.* 2. *infr. h. t.* *πολυετὴς* Harm. *d. loc.* *μακρὰ συνήθεια.* *Eclog. d. loc.* 18 Confuetudo quid est? Jus moribus constitutum, judicio populi receptum, ac sine ullo scripto probatum rebus ipsis & facto seu tacito consensu. *l.* 32. *ff. de legibus:* Id quod hac lege vetustas comprobavit. Cic. *de inventione.* 19 *Eclog. fin. ff. de rei vind.* Duo sunt tamen casus quibus impensæ deductio est, etiamsi aliunde solvere non possit: unus, si institutum dominus mox venditurus sit, & pretii lucrus propter eruditionem. *l.* 29. *l.* 38. *in fin. ff. de rei vind.* alteri, si filiaeset dimino eruditus sit. *l.* 30. *ff. d. tit.* Quid, si fructus pueri petuntur? compensatur cum hujusmodi expensis: Operarum autem æstimatio incipit esse *quinto* anno. *l.* 32. *ff. derei vind. l. ult. ff. de oper. serv. l.* 37. *ff. de oper. libert.* adde Chjac. 9. *obf.* 38. 41 *Eclog.* 2. *cap.* 2. 42 Pater, *ut hic*, dominus, patronus, *vers. sed nec dominus* vel *patronus. infr. h. t.* liberos, servos, libertos exponentes, pus potestatis amittunt: adde *Novell.* 153. *c.* 1. & *c. un. extr. h. t.* 43 *l.* 2. *C. Theod. h. t.* 44 Tales fiunt Latini ex Claudii constitutione. vide *l.* 2. *ff. qui sine manum.* cives Romani, ex constitutione Justini. *l. ult. supr. de bon. lib.* vid. *l. un.* §. 3. *supr. de Lat. libert. toll.* adde *l.* 4. §. 2. *eod. tit.* 45 Expositi ad mortem quodammodo expositi. *l.* 3. *vers. neque enim.* 46 Voluntas amica misericordiæ.
Græcis *κυτίζειν.* 47 Suum nemo dicere potest, quem pereuntem contemnit. 48 *Si modo testes episcopalis* (in legendum non *episcopales*) *subscripto fuerit subscuta, de qua nulla penitus ad fourniam Fisci* [illegible] *cunctatis. d. l.* 2. *C. Th. h. t.* Id est, ut Amnianus interpretatur: si contestationem ex epistolæ lectione ejus, episcopus & clerici subscripserint, ut merito possimus dicere, *d. l.* 1. *in fine* telligi, Valensis Concilii c. 9. ut secundum statuta piissimorum Augustorum quisquis expositum colligit, Ecclesiam contestetur. 49 Expositus, exponentis servus, adscriptitius, colonus, *ut hic.* aut libertus non est, *h. t. ibi* loco *liberi.* 50 Expositum qui nutrit, servum, colonum, aut libertum non facit.

specialis confuetudo generalem legem tollere non potest, *ut hic.* specialem potest. *d. l.* 32. *l.* 13. *ff. communia præd.* generalis generalem potest. *d. l.* 32. 33 Confuetudo maxime dicenda est, quæ antiquitus probata & servata tenaciter. 34 Præfertim aliquo contradictorio. *l.* 34. *ff. de legib.* & eodem calu. *l.* 37. *ff. de legibus*, per annos plurimos. *l.* 37. *ff. de legib.* 35 Confuetudo legem imitatur, pro lege observatur. *l.* 32. §. 1. *ff. de legib.* pro lege & jure cuftoditur. *l.* 33. *ff. de leg.* pro lege fuscipitur, cum deficit lex. Tertull. *lib. de Corona.* vim legis, *l.* 38. *ff. de legib.* vim perpetuæ legis obtinet. *infr. eod.* *τάξιν ἔχει νόμου.* *Eclog. d. loco.* *αντὶ νόμου Φυλάττεται.* Harm. *d. loco.* 36 Confuetudo legem retinet, id est, impedit quominus defiefcat, *ut hic*, ejusdem interpres retinet, id est, impedit quominus abrogetur. *l.* 4. *ff. de censib.* 37 *Ἀρχαῖοι* Syn. *Basil. d. l.* Principia *hic* & *l.* 12. *in fin. ff. de re militi. l.* 1. *infr. de veterani. lib.* 12. *tit.* 47. loca ubi principes milites ftabant: hinc *principalis porta*, que in eo grat loco, in quo principes ordines tendebant. Festus *in principalis.*

38 Dixi ad *L.* 39. *D.* 5. *περὶ τῶν ἐν ζωῇ δωρεῶν*, & *c.* 47. *Eclog.* 1. & 4. *Basil.* 39 Tradito instrumento rei donatæ, res tradita intelligitur. Perficitur donatio non tantum vera traditione, sed & fictitia aut potius symbolica, vide Hot. 12. *Illust.* 1. adde *l.* 49. *ff. solut.* 1. 44. §. 5. *ff. de legat.* 1. 40 Donatio traditione facta &c. 41 Nomen donari potest. 42 Transferre, idem quod mandare. An idem quod cedere? Bart. negat in 1. *l. supr. de obligat.* Nam ut ille putat, per mandatum non transfertur utilis actio, sed per cessionem tantum. 43 Citra consensum debitoris nomen cedi potest. 44 Actio potest mandari. 45 Spes futuræ actionis potest donari, *ut hic*, spes, ut conditionalis stipulatio. *l.* 7. *l.* 11. *ff. de hered. vend.* 1. 54. *ff. de verb. sign.* §. 4. *in fin. Instit. de verb. obligi.* vide quæ scripsi ad Accurf. *in l.* 25. *ff. de adm. tut.* adde Tiraqueliium *tract. de retract. lignag.* §. 24. *Cliff.* 3. 46 Nulla solutio functionum, nec solventem, *ut hic*, nec eum, cujus nomine census solvitur, ri dominum facit. vide *l.* 2. *l.* 8. *infr. h. t.* adde *l.* 2. *supr. pro socio. l.* 8. §. *ult. ff. de act. empt.* 47 Confessio testamentaria facta inter vivos donationis transit in fideicommissum, quotiies de quo dixi ad *l.* 6. *supr. de fide instrumentorum.* 48 Absenti facta donatio valet. *l.* 4. *l.* 10. *ff. h. t.* an ante ratihabitionem: vide Clar. 4. *fini.* §. *donatio.* qu. 12. 13. & Roland. a Valle 1. *consil.* 19. n. 3. 49 Id est, rei in censum delatæ fit. de qua dixi ad *l.* 6. *supr. de fide instrumentorum.* 50 De cujus forma vide *l.* 4. *ff. de censib.* 51 Facta fc. ab extraneo: nam a vero domino facta professio nocet. *l.* 10. *ff. de probat.* 52 Professio censualis facta a non domino, non nocet domino, nisi dominus consentiat, eo enim casu donare videtur. 53 Simulato consensu non perficitur donatio. vide *l.* 3. *l.* 6. *l.* 7. *l.* 8. *l.* 10. *supr. de contr. empt.*
54 Dixi ad *l.* 4. *supr. h. t.* Adde *l.* 8. *supr. de act. empt.* *l.* 64. *ff. de adq. rer. l.* 4. §. *de consibus.* 55 Lex donationis servanda. 56 Incerti, *Hal.* adde *l.* 22. *in fin. J. h. t.* 57 Vide *l.* 2. *supr. de pact. inter empt.*